

*Ad N. 8153/24*

Num. *181 1936*

Anno Domini 19*36* die *8* mensis *Augusti*

**EGO JOANNES REMIGER,**

EPISCOPUS DADIMENSIS ET AUXILIARIS PRAGENSIS,

hoc altare portatile iuxta ritum Pontificalis Romani consecravi et

Reliquias Sanctorum Martyrum *Clari et Castae*

in eo inclusi.

*+ Joannes Remiger,  
Epis. auxil. Prag.*



**G**lória in excelsis Deo. **I**n terra pax homínibus bonae voluntátis. **A**udámus te. **B**enedícimus te. **O**rdámus te. **L**orificámus te. **G**rátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. **D**ómine Deus, Rex coeléstis, Deus Pater omnipotens. **D**ómine Fili unigénite, Jesu Christe. **D**ómine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. **Q**ui tollis peccáta mundi, miserere nobis. **Q**ui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationém nostram. **Q**ui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. **Q**uóniam tu solus Sanctus. **T**u solus Dóminus, **I**u solus Altíssimus, Jesu Christe. **C**um Sancto Spíritu, in glória Dei Patris. Amen.

**M**unda cor meum ac lábia mea, omnipotens Deus, qui lábia Isaíae Prophétae cálculo mundásti ignito: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

**J**ube, Dómine, benedicere. Dóminus sil in corde meo et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

**S**úscipe, sancte Pater, omnipotens aetérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccátis, et offensionibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis vivis atque defúnctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem in vitam aetérnam. Amen.

*Accipiens Cálicem offert, dicens:*

**O**fferimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divinae majestátis tuae, pro nostra et tolius mundi salute cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

**I**n spíritu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

**V**eni, sanctificátor, omnipotens aetérne Deus: et benedic hoc sacrificium, tuo sancto nómini praeparátum.



**H**ic pridie quam paterétur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in coelum ad te Deum, Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, bene dixit, fregit, dedítque discipulis suis, dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes:

**Hoc est enim Corpus meum.**

**S**ímili modo postquam coenátum est, accipiens et hunc praeclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas: item tibi grátias agens, bene dixit, dedítque discipulis suis, dicens: Accípite, et bibite ex eo omnes:

**Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi et aetérni testaménti: mystérium fidei: qui pro vobis et pro multis effundétur in remissionem peccatórum.**

**Haec quotiescúmque feceritis, in mei memóriam faciétis.**

*Ante Benedictionem hostiae dicit:*

**P**láceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meae: et praesta; ut sacrificium, quod óculis tuae majestátis indignus obtuli, tibi sit acceptábile, mihi que et ómnibus, pro quibus illud obtuli, sil, te miseránte, propitiábile. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.



**C**redo in unum Deum, atrem omnipoténtem, factórem coeli et terrae, visibílium ómnium, et invisibílium. **I**n unum Dóminum Jesum Christum, Filium Dei unigénitum. **I**n ex Patre natum ante ómnia saecula. **E**um de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. **G**énitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. **Q**ui propter nos hómines, et propter nostram salutem descéndit de coelis. **I**ncarnátus est de Spíritu Sancto ex María Virgine: **E**t homo factus est. **C**rucifixus etiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. **R**esurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. **A**scéndit in coelum: sedet ad dexteram Patris. **I**terum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos: **C**ujus regni non erit finis. **I**n Spíritum Sanctum, Dóminum, et vivificántem: qui ex Patre, Filioque procedit. **Q**ui cum Patre, et Filio simul adorátur, et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas. **I**n unam sanctam catholicam et apostólicam Ecclésiám. **C**onfiteor unum baptisma in remissionem peccatórum. **E**t exspécto resurrectionem mortuórum. **E**t vitam ventúri saeculi. Amen.

**S**úscipe, sancta Trínitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memóriam passiónis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi, Dómini nostri: et in honórem beatae Maríae semper Virginis, et beáti Joánnis Baptístae, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salutem; et illi pro nobis intercedere dignéntur in coelis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.